

7264.

1781, 13.

DE COLONIIS MERCATORVM IN GERMANIA ET PRAECIPVE IN SAXONIA

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. IOH. THEOPHILO SEGERO

EIVSDEM ORDINIS ET SVPREMÆ IN PROVINCIA CVRIAÆ

ASSESSORE ATQVE ANTECESSORE ORDINARIO

V T A D I T V M

AD SVMLOS IVRIS SCIENTIAE HONORES

SIBI APERIAT

A. D. XVIII. SEPT. AN. CIOIOCCCLXXXI

H. L. Q. C

D I S P V T A B I T

A V C T O R

CAROLVS HENRICVS SCHVVABE

N O S S E N S I S

I. V. B. ET ADVOC. IMMATR

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L O E P E R I A

DE COLONIS MERCATORIUM

IN GERMANY ET PRAEFICATE

IN SAXONIA

IN HESSE ET CLOVY ODINS AETERTATATE

TRAVELLER

DE ION THEOPHILO SEGERO

IN HESSE ET CLOVY ODINS AETERTATATE

ANNO MDCCLXII

AD SUMMUS ARIS SCINTILLE HINC RIS

SCINTILLAS

EX CLOVY ODINS AETERTATATE

MDCCXII

LEGE

DISPUTATIVIT

AD CLOVY ODINS AETERTATATE

MDCCXII

CAROLVS HENRICVS SCHAAVE

IN CLOVY ODINS AETERTATATE

MDCCXII

DISPUTATIVIT

AD CLOVY ODINS AETERTATATE

MDCCXII



DE COLONIIS IN UNIVERSVM

DE COLONIIS IN UNIVERSVM

Hominum peregre aduenientium et nouas sedes collo-
cantium multitudinem, aut assignato occupato ue-
striatu, aut legibus atque institutis, aut certe nationis suae
nomine a caeteris aboriginibus non minus, quam a ciuitate,
vnde exiit, discretam, coloniam appellamus. Id nomen Ro-
mani, a quibus acceptum est, territoriis etiam atque op-
pidis, quae noui illi accolae tota obtinuerent, nec non ob-
agri culturam fundis locatis, veluti colonorum nomen con-
ductoribus, dederunt. (Cic. Philipp. II. cap. 40. Hyginus
de limitibus p. 159. ed. Goes. Paullus cap. 24. §. 4. et cap.
54 §. 2. D. locat.) Fuere autem a primordio rerum haec
potissimum causae, quae ad noua loca querenda mortales
impellerent: habitationum ac nutrimentorum inopia, vis
bellica, mercatura, religio. Neque enim aucto indies ge-
neri humano exiguis locus ad habitandum, nedum ager par-
vus ad fruges ex eo satis habendas suffecit, et mox exarsere
bella, quibus singuli a singulis, familiae a familiis, qui con-
stitutis ciuitatibus populi a populis propellerentur. Rerum

A 2

verc

vero permundarum necessitas et lucri ex negotio capiendi cupiditas profectiones in longinas terras adeoque periculosa itinera per mare ipsum accelerauit. Postremo maior e commerciis hominum rationis usus multas de Deo diuinique numinis cultu dissensiones peperit, vnde acres contentiones exortae, inter quas alii nollent quaecunque sacra praeter sua institui, eadem que quamuis bono animo recusantes vel edicto vel moribus suis arcerent. Caeterum coloniae aut deductas sunt, aut sine duce, sine lege deductionis ob graues et communes patriam relinquendi et in delectum nouo domicilio locum migrandi caussas originem atque incrementum habuere. Saepe etiam veteres coloniae renovatae et adscriptis nouis colonis completae. Quarum omnium rerum tot sunt in monumentis antiquitatum exempla, vt a nemine ignorari possint. Quas enim cultioris terrae partes Phoenicum, Graecorum, Romanorum coloniae non impleuerunt? De quibus hoc tantum dicere attinet, et si Phoenices potissimum, deinde etiam Graeci passim, mercatura inclarerunt, eorum tamen et veteres in vniuersum colonias non tam mercatura, quam imperii, certe utraque caussa constitutas fuisse, vt rectius ea cum Anglorum, Gallicorum, Hispanorum, Batauorum apud Indos coloniis comparare, quam iuri mercatorum, de quorum coloniis in Germania scribere instituimus, inde lucem affundere liceat. Carthaginenses atque Romanos, non semper etiam Graecos, colonias suas sub sua ditione ac potestate nunquam non habuisse, nuperime ostendit doctissimus Anglus, cuius liber quantius pretii Germanice versus, nam Anglicum exemplar usurpare nobis non contigit, titulum praefert: *Geschichte der Colonisirung der freyen Staaten des Alterthums angewandt auf den gegenwärtigen Streit zwischen Grossbritannien und seinen amerikanischen Colonien*, et cum quo conferri merentur erudita

erudita opera Sigonii de iure Italiae et prouinciarum et
Spanhemii de orbe homano.

DE COLONIIS MERCATORVM IN GERMA- NIA GENERATIM

Haec vero de genere coloniarum praefari libuit, vt
nominis et origo et ratio in coloniis mercatorum, quas
Germania et praeципue Saxonia videt, perspicetur. Scili-
cet hae coloniae sunt societas negotiatorum nationis alie-
nae in aliquam Germaniae urbem communicato iure ciuitatis
aut saltem incolatus et commercii admissorum. Alienae na-
tionis vocabulo vtimur, vt sensus angustior fit, quam pere-
grinitatis et gentis, quoniam ipsum Germanicum nomen
propriis nationibus discernitur, et haec communis patria,
Germania, populos diuersarum regionum continet, qui to-
tidem ciuitates tanquam magnae ciuitatis partes et diuersas
vnius gentis nationes constituant, ipsas etiam in minores
ciuitates pro numero urbium oppidorum que, quibus pro-
priae ciuitatis ius est, descriptas. Qua ratione aduenae esse
possunt in regione aliqua et tanquam alienigenae colonia-
rum iure censi, qui in alia regione nati sint Germaniae
ciues. Vtique hanc semper maiores rationem tenuerunt,
vt in depopulatos agros Germanicas colonias immitterent
quasi noua examina, et desertas regiones hominibus aliun-
de accitis completerent. Ne quid de ea aetate commemo-
rem, qua migrandi et populos propellendi cupiditas omnem
Europam atque Africæ partem perturbauit ac miscuit; ta-
meti eae etiam gentium migrationes omnes non sunt, nisi
coloniarum deductiones; Conradus magnus e Vuettino
Misniae

Misniae et Lusatiae Marchio Francones in has regiones ad-duxit. Flandrorum etiam eodem Sec. XII, aduenientium no-men in pagis vulgo FLEMMINGEN appellatis passim durat et Flandrici ac Franconici iuris Principe permittente in vsum retenti haud obscura vestigia extant. (cf. Schöttgenii *Geschichte Conrads des Grossen, Margrafens zu Meissen und Lausitz* p. 153.)

III

DE COLONIIS GERMANORVM PRAECIPVE
EX INFERIORE GERMANIA HAMBVRGV M
ADVENTIUM

Sed proprius ad haec tempora et ad rem nostram per-tinet societas mercatorum ex inferiore Germania Hambur-gum aduenientium. In quas illi leges olim admissi sint, con-ventio an. CICIOGXXXVIII., cum ante octo annos dies antiquioris obligationis in quindecim annos contractae iam exisset, denuo in totidem annos inita apud Lunigium docet. (Arch. Imp. P. Sp. Cont. III. Tom. I. p. 1132.) Nempe incolae habentur, non ciues. Multa tamen priuata ciuium iura, in-primis ius commercii cum hac cautione, ne merces minuta-tim vendant, praeter ea immunitatem ab officiis et muneri-bus personalibus, consequuti sunt. Tributa cuiusuis generis et vectigalia ad libram sive gerania tanquam ciues pendunt. Caeterorum vectigalium (*Land- und außerer Zölle*) cauſa constitutum est, vt mercatores e ciuitatibus mercaturaे cauſa foederatis (*Hansestättische Bürger*) de mercibus a tali incola, pro eius libertate hospitibus eas vendendi, (*darinne ihnen mit fremden Gästen zu handeln zugelassen*) coēntis, praeter-quam de panno candido Anglicano, non maius pendere de-beant vectigal, quam de iisdem mercibus a ciue venditis exigi potuisset.

potuisset. Sed haec illi iura quindecim millibus marcarum
 Lubecensium pro modo descriptionis in singulos CLXVII,
 qui tum pacientium cum ciuitate Hamburgensi numerus
 fuit, quotannis redimere, Hamburgum etiam sive intra quin-
 decim illorum, sive post illos intra duorum annorum spa-
 tium relicturi duplam annui census soluere debent pro anno
 discensus. In has alias que conditiones, vti eae in laudatis
 tabulis scriptae sunt, accepti spondent (§. I) pacis ac tran-
 quillitatis custodiam et magistratui ciuitati que Hamburgensi
 fidem, cum cautione tamen proximae legi (§. II) de pari
 ipsorum et ciuium censu de que generali obligatione eorum
 omnium, quae viros probos atque honestos deceat, notan-
 ter adiecta, se, quotquot aliis domi magistratibus subsint,
 horum iuribus nihil aduersum moliri, nec hoc pacto quic-
 quam de iis detractum velle. Vicissim iis magistratus defen-
 sionem ac tutelam promittit et aquabile ius. Quod vero
 dicitur, quotquot aliis domi imperiis subsint, Principum et
 magistratum suorum iura imminuere nolle, id tacitam ex-
 emptionem habet eorum, qui praeter peregrinos hanc socie-
 tam inirent et eadem lege vivere vellent. Nam ipsae ta-
 bulae nominant septem Germanos e superiore Germania
 (*sieben Teutsche und Hochteutsche*) ab ipsis ex Germania infe-
 riore sodalibus bona gratia in societatem iuris sui admissos.
 Atque etiamnum Hamburgi, vbi haec cum aduenis ex inferio-
 re Germania conuentio, nescio, an iisdem omnino legibus,
 renouata est et in hunc usque diem durat, multos vel indi-
 genas vel ex aliis regionibus oriundos iis adscribi accepimus.
 Ne vero in fraudem et detrimentum ciuitatis id fieri possit,
 partim in ipsis tabulis memoratis hac lege prospectum est,
 qua morientium sociorum vidibus et liberis, sive matrimo-
 nium ineuntibus, sive propriam negotiationem instituentibus
 ista defuncti viri vel patris conuentio non amplius proficit,
 sed

VIII

sed nouo ipsorum cum magistratu deputatis que ciuibis pa-
cto ius affectati commercii obtineri debet. Delata autem
socii hereditate ad collaterales iure ciuitatis Hamburgensis
carentes, sive ipsi etiam socii sint, sive alibi domicilium ha-
beant, fratres sororesque censu defuncto aestimati quadru-
plam, vltiores cognati quintuplam cum censu proximi an-
ni in remunerationem addendo soluere; at hac soluta custo-
des legis decimariae nec decimam, nec aliam pensionem,
etiamsi exportentur hereditaria bona, exigere debent.

IV

DE COLONIIS PALATINIS IN TERRIS
BRANDENBURGICIS.

Fallor, nisi e Palatinatu, Manhemio potissimum, in
Brandenburgicas regiones aduenas inter Germanicas merca-
torum colonias iure refero. Nam et horum maxima pars
mercaturae facienda locum quaequivit. Quanquam non
ignoramus, multos ex iis ipsis aduenis eorumque posteris,
qui in Brandenburgicis ditioribus coloniarum e Palatinatu
(Pfälzer-Colonien) iure fruuntur, alias artes tractare. Illi in
funebrisimo bello Ludouici XIII. Galliae regis, quo hie
Palatinatum armis asterrere et commenticia Ducis Aurelia-
nensis iura succedendi in terras fratris Caroli Electoris, vlti-
mi e Simmerana familia Palatini, per iniustam cessionem in-
se translata firmare conatus est, deuastata patria, dirutis
Manhemio et Francodalia, Elektori Brandenburgico supplices
facti sunt, et Manhemienenses in primis, gens migrationi afflu-
ta, quorum patres sacrorum causa inferiorem Germaniam
eo ipso seculo dereliquerant, nouas in Brandenburgicis ditio-
nibus sedes rogauerunt. Annuit precibus Elector, et nouas
colonias munificentissimo priuilegio d. xv. Maii anno
CIOCLXXXVIII. lato, Myliique Corp. Constit. Magdeburg,

(P. VI.

(P. VI. N. XVIII. p. 98.) inserto ornauit. Maxima pars Magdeburgi, pars Halae, Calbae, Burgii et Stendaliae sedem fortunasque collocauerunt. Alii etiam post ea tempora Gallorum coloniis adscripti sunt, ex quo in Brandenburgicis regionibus constitutum est, ut quisque aduena Gallicarum coloniarum iure non secus, atque ipsi Galli, potiri possit. Nec initio his e Palatinatu minora, quam Gallis, iura concessa fuisse reperio. De iis vid. Dreyhaupt in Pago Neletici et Nudzici P. II. lib. xv.

V

DE SLAVIS. DE ITALORVM MERCATORVM COLO-
NIIS. DE COLONIA ANGLORVM
HAMBVRGENI

Primi mercatores peregrini, qui colonias in Germania condidere, si a Gallia Belgica discesseris, procul dubio Slavi fuerunt. Sed horum vrbes dudum Germanica ciuitate donatas hodierno coloniarum nomine nemo temere compellauerit. Serius eas ipsi Germani post victoriam de populo reportatam incoluerunt. Deinde Langobardi non paruo numero ad nos accessere mercandi cauſa. Quorum instituta adeoque ipsa vocabula quanquam negotiatores nostri ab eo tempore etiamnun retinent, hodiernae tamen Italorum mercatorum coloniae per Germaniam, praeter paucas forte in finitimis Italiae regionibus, videntur recentioris originis esse. Anglorum celebris est colonia Hamburgi, cui similem non habet Germania. Tota enim omne ius Anglicanae ciuitatis retinuit, cum ipsa Londinensis societas mercatorum aduenturiorum Regis, quod proprium eorum quamuis non latinum nomen vſus commendat, negotiationis sue in Germania sedem sibi atque aliis mercatoribus Anglicae gentis hic constituerit. Legem conuentionis cum Senatu Ham-

B

bur-

burgensi tum an. ccccxxxi initae, tum an. ccccxxviii. repetitae et melius constituta Lutigius exhibet in Archivo Imp. P. Spec. Cont. III. tom. I. p. 1096. et 1107. Quia ius commercii in hoc celebri Germanorum emporio Anglis tanta liberalitate concessum confirmatumque est, ut nec multarum rerum exemptiones factae sint, nec graue vestigal, sed pro quolibet panno Anglo solidus Lubecensis, pro aliis mercibus non plus, quam minimum telonium, quod unquam ante annum ccccxxvii, mercator Anglus solierunt, exigatur; in caeteris Angli aequali fere cum ciuibus Hamburgensibus quoad vestigalia cauiss, ius ponderationis, vsum libipendis, atque immunitates quascunque mercatram respicientes, conditione vtantur. Possunt etiam (forte ob vsum patriae linguae) proprios sibi proxenetas contractibus adhibendos, mensores, complicatores pannorum et sarcinorum siue ligatores aliosque tales necessarios ministros ordinare, sacramento tamen, quo officii probe et diligenter administrandi fidem faciant, non tantum coram ipsis, sed etiam coram vrbis Senatu astringendos, caeterum non minus, atque Angli mercatores, quibus ministrant, ab omnibus vigiliis, stationibus, praesidiis et quibuscunque ciuium, incolarum, subditorum contributionibus liberatos. Praeter haec et alia iura ad commodiorem eorum vsum et ad conuentus sacrarum profanarum que rerum cauiss agendos data est ipsis domus cum priuilegio iuris municipalis, quae suntibus Senatus sarta testa habetur. In ea domo permisum iisdem est liberum exercitium suaे religionis, prædicationis verbi Dei, administrationis sacramentorum, caeterorumque ecclesiasticorum rituum lingua vernacula Anglicana. Concessa etiam societati et mercatoribus Londini residentibus facultas, virum aliquem grauem, qui gubernatoriis siue præfeci societatis in hac colonia vices gerat, illi
 præ-

praeſiendi ei que alioſ ſeniores ſive affociatoſ et officia-
 rioſ ex fuorum ordine adiungendi. Huic adeo praefecto,
 hiſ Senioribus Senatus Hamburgensis, fecutus aliarum ciui-
 tatum exemplum, (nam vtique hic illuc conſulib⁹ merca-
 torum id ius datum, atque iſum iurisprudentiae conſularis
 nomen inde exortum) plenaſ ſuis ius dicendi et cauſas ci-
 viles atque politicas inter ipſos verinque Anglos litigioſas vel
 amica transactione componendi vel re quantoſ cognita
 ſecundum conſuetudines ſocietatis definiendi dirimendi
 que potestatē fecit. Vbi manu militari ad exe-
 quendum ea decretā atque ad compellendos et coērcendos
 immorigeros opus eſt, magiſtratus urbis gubernatori eiusue
 deputato et affociatiſ affiſit, pollicitus ſe cooperaturum eſſe,
 ut refractarius „ſi in ciuitate ſua aut iurisdictione deprehen-
 „datur, obediat, et ad conformitatem obedientiam que de-
 „bitam deducatur, iuxta tenorem et effectum priuilegiorum a
 „Regia Maiestate Britanniæ dictæ ſocietati confeſſorum, ſa-
 „tellites pro captura carceris, item et instrumenta punito-
 „ria ſumtibus dictæ ſocietatis praefando, vel aliter ex me-
 „rito pro arbitrio dicti gubernatoris eiusue deputati et affo-
 „ciatorum puniendo.“ Sed hac ſocietatis potestate neque
 cognitio criminum, quorum poenas Senatus ex legibus,
 statutis et conſuetudinibus ſuae ciuitatis ſumit, neque pri-
 vatarum rerum cum reo non ſuo diſceptandarum arbitrium
 continetur. De his quidem Senatus in laudatis tabulis
 „quotiescumque Anglus aliquis contra ciuem, incolam et
 „ſubditum noſtrum aliumue quemlibet peregrinum, qui non
 „ſit Anglus, nec ad eos ſpectet, iure experiri voluerit,
 „coram nobis hoc ſemper facere debet, — — exceptis ta-
 „men Ducatus Holsatiae ſubditis, quos ibi ex concordatis
 „conuenire oportet, vbi domicilium habent, niſi hic in
 „ciuitate contraxerint, et ſe ibidem ſoluturos adſtrinxerint“

B 2

Actori

Actori autem volenti permittitur Angulum reum in hoc Anglicano iudicio conuenire. Quod si elegit, ibidem etiam cauissam prosequi et laudo sive sententiae prorsus acquiescere debet. Si actor, sive ciuus vel incola, sive peregrinus, coram vrbis magistratibus agat, reus Anglus sine villa tergiueratione in iudiciis illorum se sistere debet, atque tam actor, quam reus iure ciuitatis Hamburgensis vtuntur. Sed celeritatem iudicii, in quo Anglus agat, absque ulla, vbi debita certis atque incorruptis litteris probentur aut aduersarius omnia omnino confessus sit, ob exceptiones illiquidas mora, procuratoris, per quem litiget Anglus, p[ro]ae aliis procuratoribus, ordine cauissarum non obseruato, admissionem, in decocitorum bonis inter concurrentes creditores diuidendis paria, quoties Angli mercatoris intersit, chirographorum verutiorum et recentiorum, clausula bonorum obligationis munitorum et non munitorum iura, atque alia bene multa libertatis praesidia tum ciuilium cum publicorum iudiciorum cauissa, si quis forte e sociis suis crimini implicetur, stipulati sunt Angli, digna lectu in ipsis tabulis, nec omnia tamen et singula a nobis ad colonias Gallicas properantibus prolix[e] commemoranda. Sane etiamnum sua domo vsuque suorum sacrorum, iurisdictionis suae priuilegio atque insigni libertate commerciorum Anglicana ita Hamburgi colonia fruatur, et magistrum curiae, quod nomen placuit, cum assidentibus iudicibus habet. Secretarii apud eam officio magnum nuper Germaniae decus immortalis Hagedornius functus est. Cuius vel sola memoria vnumquemque Germanum curiosum reddat in legibus atque institutis societas copiosae et magnae mercatura[re] tam antiqua laude flor[er]tis.

DE COLONIIS MERCATORVM FRANCOGALLO-
RVM PRAECIPVE IN DITIONIBVS BRAN-
DENBURGICIS

Maxime Francogallorum agmina Germaniam impleuerunt. Cum enim Ludouicus XIII. Francogalliae rex Reformatos in suo regno immaniter persequeretur, magno que eorum numero partim per inopiam et molestias ad abiuranda sua sacra permoto, partim immisis dimachis ad Romanos ritus compulso, tandem Nannetense edictum suis antea constitutionibus confirmatum, quo Henricus III. religioni ipsorum cauerat, cum simulatione fidei Romanis decretis in vniuerso regno adhibitae aboleret, precibus frustra tentatis, spretis etiam maximorum principum intercessionibus, postremo miseri eo desperationis adacti sunt, vt dum elabendi via pateret, (quanquam illa etiam multis artibus impedita, denique praefidiis obstructa et interclusa,) fuga salutem apud exterios, praecipue Anglos, Germanos, Batauos quaererent, per que eam calamitatem magna pars Gallicarum copiarum et artium, felici patriae fato, in Germaniam nostram adduceretur. Primas profugis suppetias et liberalissimam in ditiones suas receptionem d. XXVIII. Octobr. an. CCCCCLXXXV proposito vulgatoque palam editio sapientissimus Fridericus Gulielmus, Elector Brandenburgicus, obtulit, delegatis etiam, qui itineri necessaria procurarent et aduenis consilio et ope assisterent. Praecipue in Marchia Stendaliam, Vuerbenam, Ratenauiam, Brandenburgum et Francofurtum, in ducatu Magdeburgico Magdeburgum, Halam et Calbam, in Borussia Regiummontem ob annonae abundantiam ac moderatum pretium atque opportunitatem commercia exercendi

commodissimas fore ostendit. Ibi de hospitio aduenis prospectum, atque, ut humaniter excipiantur, dispositum esse. Placere tamen, si qui etiam alias fortunarum suarum sedes in ditionibus Electoris eligant. Vbicunque domicilium fixerint, iura ciuitatis gratis concedenda cum vsu beneficiorum ac iurium, quibus alii eius loci incolae ac nati ciues fruantur. Igitur et albini, id est, peregrinitatis iure ac similibus oneribus, quibus exteri aliis in regnis ac rebus publicis obnoxii agant, eos eximendos atque omnino pari iure cum indigenis habendos pronunciauit. Gallorum inter se controversias in oppidis, vbi plures Gallicae familiae habitent, arbitrum ab ipsis e suo numero lectum, sine strepitu iudiciorum, amice compositurum: concordia frustra tentata, eas lites atque omnes Gallorum cum Germanis controversias magistratum loci et quem Gallica natio arbitrum sibi elegerit, iunctim cognituros esse ac decisuros. Denique quod potissimum quaerebatur, in quo quis oppido concessionarem publicis sumtibus atque assignationem idonei loci, in quo sacra Gallorum idioma et ritu haec tenus in ecclesiis reformatis Gallicanis usitato fieri possent, promisit. Adiecit varia immunitatis partim perpetuae, partim in sexennium concessae priuilegia, eorumque omnium iurum etiam eos, qui ante publicatum edictum ob persecutiones religionis e Galilia profugi in suas se prouincias contulissent, participes reddidit. (v. Pufendorfius de rebus Friderici Guilielmi lib. XVIII. §. 17. atque ipsum edictum in Mylii Corp. Const. Magdeb. P. VI. n. IX. p. 77. add. *Histoire de l'Etablissement des Francois refugies dans les Etats de S. A. E. de Brandenbourg par David Ancillon.* à Berlin 1690.) His atque adeo laetioribus conditionibus mox aduenere millia profugorum, vt, nouo etiam dirae vexationis in principatu Arausionensi orto incendio, et cum Heluetorum sedes multis, qui se illuc receperissent,

pissent, haud commoda eviderentur, sub seculi huius initium
 tredecim millia aduenarum e Gallia profugorum supra ducen-
 tos in territoriis Brandenburgicis numerarentur. Nec in
 promissis substitit Friderici Guilielmi magni et successorum eius
 liberalitas, sed Gallicarum coloniarum privilegia subinde
 etiam auxit et ampliavit. Fridericus I. Borussiae rex
 omnia et singula natorum ciuium iura ipsis largitus est edi-
 tho d. XIIII. Maii an ccccclviii. proposito. Eius filius Fri-
 dericus Guilielmus celebri lege d. XXVIII. Februarii anno
 ccccccxx. lata, cuius capita recentef Dreyhaupt. in pago
 Niletici et Nudzici (oder Beschreibung des Saalkreises P. II.
 lib. XV. cap. 2.) vetera priuilegia renouauit, nonnulla ad-
 iecit. Neuis aduenis concessa immunitas in xv. annos,
 praeterquam ab accisis de rebus consumendis. Colo-
 niae suis iudicibus et iudiciis, in quibus etiam de
 causis capitalibus iudicatur, instructae atque a Ger-
 manorum magistratum et iudicium potestate, quibus cum
 enatas controuerbias ordinationes II. Ian. an. ccccccii. et
 VIII. Jul. an. ccccccvi. publicatae e medio sustulerunt,
 ita exemptae, ut politiae duntaxat, aedificiorum, cocturae ce-
 reuisariae ac similibus de causis Germani magistratus, consi-
 lio iudicium Gallicorum adhibito, iis imperare possint. A
 coloniarum iudiciis ad superioris tribunal Francogallicum Be-
 rolini constitutum prouocatio est, nec extrema fententiarum
 reuiso supremo appellationum iudicio, nisi adhibitis duo-
 bus Francogallicis harum reuisionum caussa a Rege nomina-
 tis consiliariis, permissa. Ob vsum Gallicanae olim ecclesiarum
 Reformatarum disciplinae proprio etiam magistratui
 ecclesiastico subsunt, qui, pro delegatorum nomine (Com-
 mission ecclesiastique) ab an. ccccccclxiii. gesto, anno
 cccccc. supremi consistorii Gallicani nomen et dignitatem,
 additis nouis consiliariis, obtinuit. Publicae coloniarum

Galli-

Gallicarum omnium causae supremo consilio Francogallico (Conseil Fran^cois, *franzößischem Oberdirectorium*) demandatae, cui praepositus Comes Consistorianus, ad quem ea pars rei publicae administrandae atque scrinii Gallicani (departement Fran^cois) magisterium pertinet, qui ipse etiam aerario ciuili Gallicano (*der franzößischen Civil-Etats-Casse*) praefectus est. De quibus omnibus in regia Berolinense ordinatis collegiis scite et diligenter tradidit Nicolaus, vir clarissimus. (*in Beschreibung der königlichen Residenzstädte Berlin und Potsdam Tom. I. Sect. III. p. 256. 257.* Conferatur Recueil des Edits, Ordonnances Reglemens et Rescripts contenant les Priuileges et les Droits attribués aux Fran^cois refugiés dans les Etats du Roi de Prusse, à Berlin 1752. et Mylii Corp. Const. March. P. VI. vbi omnes de his Galli cis coloniis leges præter recentiores reperiuntur). Non parua hae coloniae incrementa habuerunt ex eo, quod dum, qui qui ex quacunque patria religionis causa expulsi essent, iis adscribi potuerunt. Sed quod hodie omnes aduenae, nullo gentis et sacerorum discrimine habitu, fixuri in Regis Borussiae terris domicilium, Galicae coloniae forum eligere et Gallicorum iudicium potestati se subdere posunt, id non eam habet vim, ut caetera quoque priuilegia et beneficia religionis causa refugis data ad eos pertineant. Quia quibus ea conditionibus obtineri debant, d. vir. Iulii anno 1752. Rex definitius singulari edicto. Pariter ex dictis liquet, non omnes ex Gallia refugos in ipsis coloniis mercatores esse. Nam et nobiles et ignobiles, opifices et agricultorae aduenerunt, et his quoque singularia priuilegia, fundi, aedes, immunitates, dignitates et officia, atque commercia praediorum nobilium, pro status diueritate, non sequi, atque indigenis impertita. Sed qui Berolini et in urbibus ab ipso Friderico Gulielmo magno ob commerciorum oppor-

opportunitatem laudatis, aliis que mercatibus sedent, eorum potissima pars vtique mercaturam facit, et multa vnde, maxime e finibus Gallorum, apportat, imo ipsum Francogalicum mercium atque artium tractandarum ingenium secum in Germaniam attulit, et meliorem vrbibus cultum, vnde noua fere rerum facies orta, induxit. Etiam Sedini in Pomerania an. ccccxxxi. rex Fridericus Guillelmus in clutam Gallorum coloniam condidit, quae numero et flore alteram in altera Ducatus parte Stargardiae constitutam per loci opportunitatem superauit. De ea videatur Bruegemanus, vir de patria sua atque de omnibus, quibus rerum ci vilium prudentia cordi est, meritis in excellenti libro de hodierno statu Pomeraniae Prusicae (*Ausführliche Beschreibung des gegenwärtigen Zustandes des Königl. Preussischen Herzogthums Vor- und Hinter-Pommern Tom. I. p. ccxxxii. et p. 136.*).

VII

DE ALIIS GALLORVM IN GERMANIA COLONIIS

Non vero rerum incuriosi aut opum atque artium auctendarum, dum ea in Gallia verterentur, inconsulti fuerunt caeteri Germaniae principes ciuitates que. Sed aliis religio ob infelix Euangelicarum ecclesiarum discidium, aliis vicinia Gallorum atque ipsa temporum calamitas obfuit, ne intra suos fines stabilis et perpetua sedes refugis vel concederetur vel quaereretur. Florent tamen Francofurti ad Mosnum, Erlangae, Cassellis, Hanouiae, Hanouerae, Cellae, Brunswici, Hamburgi, Altonae, ne quid de Offenbacensis, Neoyenburgicis atque aliis dicam, Gallorum mercatorum coloniae, de quibus in vniuersum tenendum est, vbi id per sacrorum er iuris rationes licuerit, iure ciuitatis eas donatas esse; in caeteris locis iure incolarum et sociorum haberi, priuatorum que fere sacrorum iuribus frui. Multa

C

tamen

XVIII

tamen iura, quae apud Euangelicos Augustanae confessioni addictos consistoriis data sunt, ex antiqua ecclesiarum Euangelicarum, maxime reformatarum in Gallia, disciplina Presbyteri administrant. Quod collegium, eius disciplinae sensu, consistoriorum passim ab his Francogallis nostris vocatur, nomine in alium significatum detracto, quam quo apud nos venit. Vnde perniciosi interdum errores et altercationes exortae, quarum saepe materia omnis hac vna obseruatione tolli potest. Quem ad modum ab illustri Praeside relatum accepi, sibi ea olim animaduerzione in responso, quod amplissimus I. Ctorum Ordo quaerenti cuidam viro reverendo dederit, vnicे opus fuisse. Qua vero ratione in terris Brunsvico Luneburgicis omne regimen ecclesiasticum et rerum ecclesiasticarum administratio penes ista reformatarum ecclesiarum, et quo modo ipsa sub synodis sint, per illustris Pufendorfius explicat. (Obs. iur. vniuers. tom. iii. obs. 99.) Cum quo conferendus illustris Selchouius iuris priuati Brunsvico-Luneburg. (Braunschweig. Luneb. Privarecht.) P. ii, cap. i. sect. 3. Hamburgi et Francofurti ad Moenum priuatorum sacrorum, adhibito pastoris ministerio, conuentus agere coloniis ipsis Gallicanis in urbe non licet, nisi quod Hamburgi reformatae ecclesiae addicti priuatis legati Hollandici, sacrif cum eius venia uti possunt. Ipsi quidem Altonensis ecclesiae sodales se profitentur. Francofurrentes in proximo Hanouicae editionis vico Bockenheim sacrificuntur.

VIII

DE COLONIIS FRANCOGALLORVM IN SAXONIA

Facile potuisset Saxonia has colonias Francogallorum tantum non omnes ad se perducere, nisi huic consilio religio et magnarum calamitatum memoria ex mutuis diversarum

rum scholarum Euangelicarum contentionibus obsuisset.
 Inuidiosum de Principibus nostris, in quorum tempora in-
 cedit ista Francogallorum migratio, iudicium ferunt, quibus
 illi nimis attenti ad populi sui voces et nescio quorum ma-
 lorum suspicione suisse videntur. Boni principis est, nihil
 contra publicas leges conuentiones que admittere et parcere
 ciuium suorum religioni. Tot millia hominum inter nos
 collocari non potuissent, nisi mutato ecclesiae statu, de cu-
 ius integritate inter Principem - populum que conuenerat.
 At quam prono animo D. Augustus II. in profugos Franco-
 gallos fuerit, luculentis rerum ipsarum testimoniiis apparet.
 Cum plures non posset, quas exiguo numero Dresdae Lip-
 siaeque constitutos haberet, ab omni iniuria tam fortiter
 tuitus est, vt, quoniam in eadem sententia perseverantissi-
 mos successores habuit, nulla re magis videar mihi conciliare
 posse lectorum beniuolentiam, quam adiiciendis libello
 rescriptorum exemplis, quae eam optimorum Principum li-
 beralitatem aduersus mercatores Francogallos et in tuendis
 illorum sacris aequitatem declarant. Igitur iam anno huius
 seculi primo priuatorum sacrorum ius et ministrorum verbi
 diuini adhibendorum potestatem fecit, deque ea re ad san-
 ctiorum Senatum rescrispit. Non potui mihi temperare,
 quin verba, quibus scripturae meis oculis usurpatae fidem
 fecit Beichlingius Comes, primarius Regis in sanctiori con-
 filio Status publici tum administer, epistolae illi (in appen-
 dice I.) subiicerem. Fuit enim in primis Beichlingius hu-
 ius priuatae ecclesiae stator et diligentissimus apud Regem
 patronus, quem primum etiam in aedes, in quibus praefec-
 tus Principis ius dicit, eam deduxisse accepimus, et vt re-
 gia tandem auctoritate Reformatorum sacra in iis stabiliren-
 tur, precibus suis effecisse. Seruat rei antea factae memo-
 riam constitutio III., et ipsa seriae adhortationis sub epistola

I. adscriptae grauitas aequissimum Beichlingli animum erga dissentientes testatur. Inter ea, dum sacra sine loco concessa essent, haec primum in priuatis aedibus acta Lipsiae, deinde, Senatu plebis suspicionem verente, forte etiam iniuriam multitudinis et nouorum facrorum quamvis priuatorum violacionem metuente, (nam haec sine dubio causa precum in rescripto III. memoratarum viris doctis et cordatis fuit) Volcmaridorpium prope urbem translata sunt, et huic translationi non tantum subiuncta constitutio II. auctoritatem fecit, sed vidimus etiam magni amoris favoris que plenissimam epistolam ab eodem indulgentissimo Rege Volemaridorpii domino Thummelio, viro auitae nobilitatis, scriptam, ut eum in bona erga refugos voluntate condignis laudibus confirmaret et de sua tutela certum esse iuberet. Mox revocata haec sacra in aedes, vt diximus, praefecture, iusso praefecto idoneum locum concedere d. xxviii. lul. an. ccccccviij. (No. III.) Qui nuper etiam ampliatus fuit epitonioque ornatus, tum ob reformatorum numerum, tum ob aliorum in concione frequentiam, vtriusque oratoris sacri (nam vnius loco nunc duo, alter Gallici, alter Germanici sermonis causa habentur) graui eloquentia et sanctitate adductam. Etenim hoc tempore nihil a maleuolorum vocibus magistratu urbis metuendum erat. Igitur aedes mercatui in nundinis destinatae his sacris agendis haud grauate permittebantur. Nec tamen quicquam contra publicas conuentiones admisum, sed omnino priuata haec sacra: igitur etiam parochis urbis (N. i.) de iuribus et redditibus suis prospectum. Neque epitoniis vsus a principe indultus publicum religionis exercitium arguit, quam opinionem retudit illustris Praeses disp. de finibus potestatis ecclesiasticae regundis per eam opportunitatem conscripta. Presbyteri pastoribus adhibitis rei

rei ecclesiastice curam agunt, sed nulla in iis juris dicendi, nedum a legibus publicis soluendi potestas. Nam de sponsalibus et matrimonii Reformatorum consistoria Principis cognoscunt, eadem que lege, qua Euangelicos immutatae Augustanae confessioni addictos, ipsos iudicant, sive de nuptiis cognatorum, sive de dissolutione sponsalium aut diuortio agatur: sicut etiam tempora clausa, ut ecclesiastico verbo utar, ex rescripto Augusti II. Regis ad Senatum ecclesiasticum (N. III.) ab iisdem obseruari debent. Potest tamen hic Senatus iis legibus eos soluere, a quibus soluendi potestatem accepit. Nec aliter cum Dresdensi colonia, quam cum Lipsica, agitur. Nuper cum pastores ecclesiae reformatae Dresdenses (nam et illic iam duo sunt) a foro magistratus oppidani exemptionem impetravissent, Serenissimus Princeps Elector eandem ab huius ciuitatis iudicio Lipsiensibus et cantori concessit, utrobique praefectum iudicem horum Ecclesiaistarum constituens; quanquam, si quis Lipsiae priuilegium fori academici consecutus sit, Principem, cuius liberalitas plenissime intelligenda est, id hac ipsi lege ademtum nolle existumem. Haec de sacris coloniae. Proprios ea iudices non habet, sed quisque forum domicili, aut quod ex contractu vel ex priuilegio sortitus est, sequitur. In negotiatione facienda hic modus, ut mercatoribus minutim vendentibus, qui heic Lipsiae collegii ius habent, (*Cramer-Innung*) adscribi non possint; copiosam et magnam mercaturam eadem, qua ciues, libertate exerceant. Nam cum antehac pro pondere mercium ad libram exactarum non nihil; (*Waagepflicht*) acciforum autem de pretio importatarum mercium nomine (*Landaccise*) aliquanto plus, quam ciues, soluere tenerentur, D. Augustus III. Rex d. viii. Decembris an. circi MCCCLXI. utrumque in posterum fieri veruit, et quae N. V. subiunximus, Senatui Lipsensi rescripsit.

C 3

Quae

Quae plena clementissimi amoris epistola luculentissime appetit pectus Principis, nolentis fidissimos homines, licet proprio tam Saxonicae, quam Lipsicae ciuitatis iure facrorum caussa carentes, in villa re pro peregrinis haberi et emolumentorum commodorum que, quae patria sine iuris publici detimento largiri queat, participes non esse. Sunt enim ciues Germaniae et socii nostri, optimum maximum sociorum ius constantia amoris in communem patriam Saxoniam meriti, quoniam a commercio praediorum et a iure munerum, magistratum, collegiorum, quod ciuibus Saxonici stricto verbi sensu proprium est, exclusi. Caeterum Reformati omnes, cuiuscunque sint nationis, his Francogallis adscribi possunt et solent.

DE COLONIIS ITALICIS IN SAXONIA

Eadem fere priuilegia Italorum sunt. Nam et in iure librae immunitate ciuium, vt Francogalli, gaudent, et accidentum nomine de adiectis mercibus plus, quam ciues et Francogalli, non soluent. Hanc D. Augustus III. d. II. Dec. an. CCCCCLXIII, ipsis immunitatem fecit. (N. V.) Heic atque Dresdae tantus eorum numerus est, vt coloniam appellaueris, cui omnes mercatores Catholici similem mercaturam instituentes adscribuntur. Proprios sacerdotes non habent, sed sacris, Dresdae in aula, Lipsiae in castello, Principis vtuntur.

Graeci vtrum Vindobonae aut vsquam in Germania veram coloniam condiderint, non dixerim. Nihil enim certi comperi. Iudeorum vero societas ob priscam gentis in Imperio seruitutem coloniarum nomine venire vix solent.

R E S C R I P T A
QVORVM IN LIBELLO MENTIO FIT

I

Friedrich August, König und Churfürst &c.

Wir haben denen Reformirten Kaufleuthen in Leipzig auf deren hier beygefügtes alterunterhängstes Suchen, und umb derer von ihnen angeführten, auch anderer bewegenden Ursachen, insonderheit umb Förderung ihrer Commerciu willen, das privatum Exercitum Religionis Reformatae Kraft dieses dergestalt verstatlet, daß dieselben, und welche sich nach Leipzig wenden möchten, auf ihre Unterkosten einen oder mehr reformierte Prediger annehmen, durch selbten die Trauungen, wenn beyde Theile Reformirte, verrichten, auch solchenfalls die Kinder tauften, Patienten besuchen, und insgemein den Gottesdienst mit Predigen, Singen und Beten, Auspendung des heil. Nachtmahls und anderen geistlichen Verrichtungen, ungehindert exerciren lassen mögen; Iedoch dieses alles also, daß es nicht publice, sondern in einem Privathause geschehe, auch zu keiner Consequenz oder Praejudiz gezogen, auch denen Stadtgeistlichen an ihrer Gebührnis hierdurch nichts entnommen, sondern denselben von allen Taxen, Hochzeiten, Begrünissen und dergleichen das behörige jedermahl zugleich entrichtet werde.

Wie Wir denn auch gnädigst zufrieden sind, daß ihnen gegen gebührrende Abfindung ein gewisser Platz auf dem Gottesacker angewiesen, und dahin die Todten, obgleich nicht mit den sonst gewöhnlichen Leichenproceßionen und Ceremonien, dennoch in Begleitung zweyer oder dreyer Kutsch'en deren Nächsten Averwandten zu begraben nach gelassen werde.

Wir

Wir befehlen dannenhero gnädigst, ihr wollet hierzu behöriger Orten die benötigte fernere Verfügungen ergehen lassen, damit solches alles zu Werke gerichtet, die Supplicanten auch im übrigen bey ihrem Handel und Gewerbe ruhig gelassen und geschützt, auch sonst ungewöhnlich nicht grauiert werden mögen.

Daran &c. Gegeben Warschau den 25. Iulii 1701.

Augustus Rex.

(L. S.)

An

Geb. Raths Dir und Geb. Rath
zu Dresden.

Daß vorstehende Copia dem allernäächsten Original-
Rescripte in allen gleichlautend, wird hiermit unter meiner Hand
und Siegel attestiret, die Obrigkeit aber hiesiger Orts nochmahl
ermahnet, solchem in allen gebührend nachzuhaben, erwehnte Re-
formirte ihres Schutzes nachdrücklich genießen, und zu deren
Bekränkung oder Nachtheil nichts geschehen zu lassen.

Leipzig, den 23. May 1702.

(L. S.) W. D. Graf von Beichling,

II

Allernäächstes Decret wegen des reformirten Gottes-
dienstes zu Volkmarssdorff.

Wir Friedrich Augustus, König in Pohlen &c. und
Charfürst zu Sachsen &c. Urkunden und fügen hiermit zu wissen.
Demnach der Rath zu Leipzig bey Uns allerunterthänigst suppliciret
und

und gebethen, das Exercitium Religionis, so Wir denen in jetzt gedachter
Stadt sich befindenden Reformirten allernädigst vergönnet, in so weit
zu cassiren, daß ihnen nicht gefstattet seyn möchte, solches in denen
unter ihre Jurisdiction gehörigen Plätzen zu exerciren, und Wir sol-
chem ihrem allerunterthänigsten Suchen allernädigst deferiret; So
geben Wir nunmehr erwähnten Reformirten krafft dieses aus bewegen-
den Ursachen anderweitig die Erlaubniß, das Exercitium ihrer Reli-
gion an einem außer des Raths Jurisdiction gelegenen Orthe, und zwar
auf unsers lieben und getreuen George Heinrich von Thümmel, Kö-
zogl. Preuss. Cämmers Ritterguthe Volkmarssdorff, auf Arth und
Weise, wie in vorgedachter Unserer erstlern Concession sub dato War-
schau den 25. Iulii 1701. mit mehrern enthalten, frey und ungehindert
zu üben, dergestalt, daß sie auf ihre Unterkosten einen oder mehr reform-
ierte Prediger, welchen ihre Wohnung in Leipzig hiermit zugleich
verstattet wird, annehmen, durch selbige die Trauungen, wenn beyde
Theile reformirt, verrichten, auf solchen Fall die Kinder taußen, (wie
wohl dieses auch im Nothfall in Leipzig geschehen kann) Patienten
besuchen, und insgemein den Gottesdienst mit Predigen, Singen, Beten,
Haltung der Communion und andern geistlichen Verrichtungen unge-
hindert exerciren lassen mögen: Wie Wir denn auch gnädigst wollen,
daß ihnen in Leipzig gegen billige Abfindung ein gewisser Platz auf
dem Gottesacker, allda ihre Todten, obgleich nicht mit dem sonst ge-
wöhnlichen Leichenprozeßionen und Ceremonien, dennoch in Begleitung
derer Anverwandten mit zwey oder drey Kutschēn begraben zu lassen,
angewiesen werde. Und wein das Haus zu Volkmarssdorff nicht
allerdings so ausgebauet, daß sie daranen das Exercitium ihrer Re-
ligion jetzo gleich treiben könnten, so sind Wir gnädigst zufrieden,
daß dieses bis dahin in Unserer Stadt Leipzig geschehe. Allermassen

Wir nun beständig geneigt seyn, die Impetranten den Effect dieser Unserer gnädigsten Concession völlig geniesen zu lassen, und nicht zu verbatten, daß man sie darinuen beeinträchtige oder hindere, oder ihnen das geringste Leid, wenn sie nach gedachtem Volkmarssdorff hinaus oder hereingehen oder fahren, oder in Leipzig in einem Privathause zusammen kommen, zufüge: Als ergehet hiermit an Unsere sämmtliche hohe und niedrige Civil- und Militärbediente, wie auch Confessoria und Räthe it. Städte und Amtleute Unser gnädigster und ernster Befehl, sie wider alle diejenigen, so sich dergleichen etwa unterstehen wollten, auf Vorzeigung dieses kräftigß zu schützen. Insonderheit aber befiehl wir auch vorerwähnem Rathe zu Leipzig hiermit gleichfalls ernstlich, mehrberührte Reformirte bey ihrem Handel und Gewerbe in Leipzig geruhig zu lassen, und sie nicht wider die Gebühr zu grauiren. Gleichwie Uns auch zu sonderbarem gnädigsten Gefallen gereichert, daß vorgedachter Thümmler denen Reformirten ein Haus unter seiner Jurisdicition zu Volkmarssdorff zu Uebung ihrer Religion eingeräumet; Also hat derselbe sich auch Unsers Schutzes und Protektion zu versichern, und sich allemal immediate an Unsere hohe Person zu addresiren, wann ihm dieserhalb einiger Unfug wider Vermuthen zugefüget werden sollte. Zu Uhrkund haben Wir dieses eigenhändig unterschrieben, und mit Unserm Königl. Inseigel bedrucken lassen. Geben Krackau am 18. Novembr. 1704.

(L. S.) Augustus Rex.

III

Von Gottes Gnaden Friedrich August König und
Churfürst.

Lieber Getreuer, Nachdem Wir in allernädigster Erwegung der von denen zu Leipzig der Evangelisch Reformirten Religion zugethanen

ihānen Franzöſſischen Einwohner bey dem ihnen außerhalb der Stadt erlaubten Gottesdienſt bis dato erwiesenen Sittsamkeit das gethanen inſtändigeſte Anſuchen den Gottesdienſt, wovon ſie ſonſt öfters, und inſonderheit die Wohlbetagte zumahlen bey ſchlimmem und unbequemem Wetter, mit Beſchwerde ihres Gewiſſens abgehalten würden, in der Stadt zu erlauben, Uns dazu allergnädigſt entſchloſſen, und Unsere allergnädigſte Willensmeynung iſt, daß ihnen zu weiterer Uebung ihres Gottesdienſtes in Unſern in der Stadt Leipzig an der Ecke der Cloſterstraße gelegenen und ſogenannten Renthereyhanſe die darzu bequeme Gelegenheit, immaten ſie ſolches vor einigen Jahren ſchon inne gehabt, wieder eingeräumet werde;

Als beſchließen Wir euch dennach gnädigſt, ihr wollet fothanen Evangelisch Reformirten Franzöſſischen Einwohnern zu ſicherer und bequemern Uebung ihres Gottesdienſtes in itzt gedachtē Unſern Renthereyhanſe ſolche Gelegenheit wieder anweisen, und räumen laſſen, auch Sie in allewege dabey kräftigſt ſchützen. Woran ihr Unsere allergnädigſte Willensmeynung zu vollziehen wiſſen werdet. Gegeben Drefſden den 28. July An. 1707.

Augustus Rex.

An den Crecis-Beamten
zu Leipzig.

III

Friedrich August, König und Churfürſt &c.

Würdige, Vefte, Hochgelahrte, Räthe, liebe andächtige und getreue,

Wir haben auf euern untern 28. Oſt. 1716. erſtatteten unterthänigſten Bericht wegen der denen zu Leipzig ſich aufthaltenen Reformirten beygemeiſten Aurichtung eines beſondern Conſſorii, wie auch wegen ein und anderer Eingriffe in das Ius dispensandi und ſonſt, durch den Creysantmann zu Leipzig Erkundigung einzehen laſſen,

und darauf den in Aufschrift hier beygefügten Bericht sammt der ebenfalls copylich angeschlossenen im Nahmen derer Reformirten zu Leipzig abgefaßten unterthänigsten Vorstellung erhalten.

Ob Wir nun wohl geschehen lassen können, daß bey diesen Umständen wider mehr befagte Reformirte, so lange sie sich in denenvorgeschriebenen Schranken halten, nichts vorgenommen oder verhänget werden, Jo ist doch darneben unser gnädigster Beschl, ihr wollet sie durch gedachten Creysamtman bescheiden lassen, daß ratione der verbothenen Zeiten und in andern Punkten sie sich in Zukunft der Kirchenordnung dieser Lande gemäß bezeigen. An dem geschieht Unser Wille und Meynung. Und Wir &c. Geben zu Dresden am 20. Febr. An. 1722.

An das Oberconfistorium.

V

Von Gottes Gnaden Friedrich August König in Pohlen
Herzog zu Sachsen, Tülich, Cleve, Berg, Engern
und Westphalen &c. Churfürst &c.

Liebe Getreue, Bey Uns haben die Franzößischen Schutzverwandte Kaufleute zu Leipzig seit geraumer Zeit über die Ungleichheit, womit sie in den Land - Accis - und Waageabgaben gegen sowohl die dahin handelnden freunden, als die dasige bürgerliche Kaufleute bisher behandelt worden, unerthänigst Beschwerde geführet. &c.

Nachdem Wir aber erneldte Franzößische Negotianten nicht als Fremde, sondern, da sie ihren wesentlichen Aufenthalt zu Leipzig haben, und Unsern Landen durch die manichfältigen Arten ihres Handlungsbewerbs, welchen sie zudem in gutem Flor und Umtrieb zu erhalten sich mit eigner Fähigkeit beeiftern, besonders nutzbar sind, hieruächst auch

iii

in allen gemeinen Lässen, ordentlichen und außerordentlichen Beschwerzungen zur Mitleidigkeit gezogen werden, und daher einen billigmäßigen Anspruch an die Gleichstellung in denen das Commercium angesehenen Abgaben mit den bürgerlichen Handelsleuten haben, eben also, wie Unsere übrigen Landesinwohner und Untertanen betrachten, und Unsere Landesväterliche Sorgfalt auf die Beybehaltung dieser Französischen Colonie &c. dafs mehr gerichtet seyn lassen; Als haben Wir dieses unz so eher zu bewirken, und denen über obangeregte Ungleichheit angebrachten Klagen sonder fernern Ausland abzuheften, die wohlbedächtige Entschließung gefasst, die Französischen Schutzverwandten Kaufleute zu Leipzig von nun an und fernerhin immerdar denen bürgerlichen Kaufleuten daselbst bey der Landaccise und Waage durchgehends gleich traktiren, folglich von jenen eben also, wie von letzteren i thlr. i gl. von jeden 100 thlr. des Werths derer eingehenden Waaren an Landaccise erheben, hingegen selbige nicht minder als die Bürger von Abfattung der Waagepflicht gänzlich frey zu lassen. Und ob Wir wohl solchergestalt an Unserer Portion, und ihr bey euren Antheilen dadurch einige Einbuße derer Waageeinkünfte erleidet; So ist jedoch nächst dem, dass mehrrewehnten Französischen Schutzverwandten Einwohnern zu Leipzig die Billigkeit selbst das Wort spricht, hierbei in Erwägung zu ziehen, dass mit deren Wegwendung von dar nicht allein sothane und andere mehrere Praestationen und Zugänge, sondern auch hauptsächlich ein beträchtlicher Theil des auswärtigen Commercii verloren gehen würde. Wannenhero hierdurch Unser Begehr, ihr wollet, dass in dessen Conformatiet, die Französischen Schutzverwandten Kaufleute in Leipzig von der Waagepflicht, gleich daſigen bürgerlichen Kaufleuten, gänzlich freigelassen werden, behörige Veranstaltung treffen.

Daran



Daran geschiehet Unser Wille und Meynung. Geben zu Dresden
den am 8ten Decembr, 1762.

An den Rath zu Leipzig
daß die Französischen Schutzver-
wandten Kaufleute zu Leipzig, von
nun an und fernerhin gleich dastigen
bürgerlichen Kaufleuten von der
Waagepflicht gänzlich frey zu lassen.

VI

Von Gottes Gnaden, Friedrich Christian, Königl. Prinz in
Pöblen und Lithauen &c. Herzog zu Sachsen, Kölisch,
Cleve, Berg, Engern und Westphalen &c. Churfürst &c.

Liebe Getreue, Wir sind von denen in dem copeylischen Anschluße
benannten Italienischen Handelsleuten zu Leipzig unterhängt angegan-
gen worden, ihnen gleiche Gnade, als der dastigen Französischen Refor-
mirten Colonie ohnlängst wiederauffahren, ebenfalls angedeihen zu lassen,
und daß sie auf der Waage allda der Bürgerschaft und gedachter Fran-
zösischen Colonie durchgehends gleich gehalten würden, das erforderliche
zu verfügen. Nachdem Wir nun vorermeldte Italienische Kaufleute,
wie in allen otheribus personalibus, also auch bey der Waagepflicht, de-
nen Bürgerlichen und Französischen Schutzverwandten Handelsleuten
vollkommen gleich behandelt wissen wollen; So ist hierdurch Unser Be-
gehrhen, ihr wollet euch gehorsamst darnach achten, und dem gemäß
wegen gänzlicher Freylässung der Italienischen Handelsleute in Leipzig
von der Waagepflicht, das behörige gebührend veranstalten. Daran ge-
schiehet Unser Wille und Meynung. Geben zu Dresden am 2. Dec. 1763.

An den Rath zu Leipzig
daß die Italienischen Handelsleute zu Leipzig
sowohl in Ansehung der Waagepflicht, als
sonjt, den dastigen Bürgerlichen und Franzö-
sischen Kaufleuten durchgehends gleich be-
handelt werden sollen.

Leipzig, Diss., 1781



1781, 13.

9264.
DE COLONIIS MERCATORVM
IN GERMANIA ET PRAECIPVE
IN SAXONIA

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. IOH. THEOPHILO SEGERO

EIVSDEM ORDINIS ET SVPREMAE IN PROVINCIA CVRIAЕ

ASSESSORE ATQVE ANTECESSORE ORDINARIO

V T A D I T V M

AD SVMLOS IVRIS SCIENTIAE HONORES

SIBI APERIAT

A. D. XVIII. SEPT. AN. CCCCCCLXXXI

H. L. Q. C

D I S P V T A B I T

A V C T O R

CAROLVS HENRICVS SCHVVABE

N O S S E N S I S

I. V. B. ET ADVOC. IMMATR

L I P S I A E

EX OFFICINA LOEPERIA

B.I.G.

Black

Magenta

Farbkarte #13

Red

Blue

Cyan

Green

Yellow

Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

